



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXXXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

D. Petri Duen.

fide instru. Sed an & quando ille qui confirmat videatur de nouo dare, vide singularem distinctionem. Cy. in l. & quia quem referat & sequitur Bal. ibi. ff. de iurisd. omn. iudi.

4 Limita quarto, quando peteretur confirmatio a domino qui teneret & possideret feudum quod petitur confirmari, qui fuit spoliatus preter petentis confirmationem, tunc talis confirmatio per quam restituatur possessio videtur noua traditio feudi, & hoc per tex. in l. 3. in §. Nerva filius. in verbo. nancisci. ff. de acqui. posse. secus quando possessio esset vacans, tunc dicitur continuari, secundum Abb. in c. cum venissent. de restitu. in integ.

5 Fallit quinto, quando confirmatio fieret a successore, qui non teneretur confirmare feudum quod ipse dominus possidet, nam tunc confirmando dicitur noua concessio, arg. l. si ante. ff. ad leg. Fal. & in l. stipulatio ista. in §. si quis ita. ff. de verbo. obligatio, & in l. si cum vno. ff. de excep. rei iudic. Ita tenet Old. in consil. 173. nu. 1. Ioan. de Imola in c. inter dilectos. de fide instrumen. num. 24. vbi tenet, quod quando successor potest primam inuestituram reuocare, tunc confirmando dicitur de nouo concedere: quem sequuntur ibi alij Doctores.

6 Sexto fallit, nisi priuilegium confirmationis quedam confirmaret, & quedam infirmare: argu. tex. in l. tribunus. in §. vlti. ff. de test. milit. Ita tenet Bal. in d. c. j. num. 2. per quos fiat inuestit.

Sed supra dicte limitationes in minore non vendicant sibi locum, quia tunc talis confirmatio dicitur potius noua concessio, quam minor facere non potest. d. c. j. maior autem, qui habet legitimam administrationem honorum suorum, bene potest ex certa scientia facere confirmationem iurium inualidorum, ut in iurib. supra alleg.

REGVLA CXXXII.

CONSORIS sine mandato potest agere, & excipere pro consorte. Hanc regulam probat tex. in l. 2. C. de consorti. eiusdem litis Et circa hanc regulam vide Nicolaum Bellon. in consil. 26. nu. 5. & 6.

Hanc regulam cum quatuor limit. ponit Bernar. de Luco in reg. 135. referendo se ad Feli. in c. cum M. Ferrariensis. nu. 8. de constitu. Eandem regulam cum quinque limit. ponit Ripa in d. c. cum M. Ferrariensis. nu. 53. de constitu.

REGVLA CXXXIII.

CONSTITVTIONES, leges, vel canones facti per verba generalia, dicuntur generales. Hanc regulam ponit Deci. in c. lectu. i. num. 28. de constitu. Ratio huius regulæ est, quia vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de Publicia. & in l. 3. §. si liber homo. iunct. glo. in verbo, accepisset. ff. de condic. ob. caus. et lex edictalis appellatur generalis, vt in l. ha. edictalis.